

*De virtutibus atq; proprietatibus salium
in Alchimia & Medicina.*

CAP. IX.

EO necessitatis hominē adducere per naturam voluit O. D. M. vt absq; sale naturali viuere naturaliter nequeat. Proinde hoc opus habet in omnibus cibis. Etenim sal naturæ balsamum est, quod corruptionem arcet calidi sulphuris cum humido mercurio, ex quibus homo naturalis compactus est. Cùm autem oporteat ista prima conditi condentia, quodq; sibi simili nutriri, necessariò sequitur hominem vti debere cibis ardentib. ad sustentationem sui sulphuris interni : humidis ad mercurium nutriendū ; item salis ad salin condenti facultate conseruandum. Virtus eius conseruationis in eo maximè conspicitur, dum carnes emortuas à putredine diutissimè conseruat, quantò magis viuas præseruabit iudicare facile fuerit. Vt ad eius genera tandem veniamus, tria potissimùm habentur ad vsum vitæ hominis idonea. Primum horum est sal marinum, secundum est fontanum, tertium verò minerale. Maximè cōducens sanitati

nitati